

Johann Cothmann

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theol. D. & Prof. ac
Facultatis Senior Ad Exsequias Quas Puerulo Elegantissimo Heinoni Henrico
Varenio, filio suo unigenito ... Parentes parant Cives suos ... sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159856>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in H. H. Varenius

Rost. 1650.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777159856/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159856/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777159856/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159856/phys_0003)

DFG

RECTOR
Academie Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theol.D. & Prof. ac Facul-

tatis Senior

Ad Exsequias

Quas

Puerulo Elegantissimo

**HEINONI HENRICO
VARENIO,**

filio suo unigenito

Magna cum animi agritudine

PARENTES

parant,

Cives suos in Aedem Jacobam ad

horam meridiei primam, sedulo

invitat.



ROSTOCHII;
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. 1650.

Mmota & inconcussa illa,
Abrahā fides, quæ obædientiâ &
constantia admirandâ, imperscrutabilis divinæ *δοκιμασίας*, in macando & immolando filio UNICO,
unicè Parenti charo, acerbitatē, & ut ita loqui
liceat, violentiam, superavit & devicit: illa in-
quam fides, effecit, ut solus Abraham, non sal-
tim titulo multarum Gentium, sed & OMNIUM
F I D E L I U M P A T R I S, sacrâ teste pa-
ginâ, insigniretur. Ad hunc sane, omnes o-
mnium Reverendissimorum, Celsissimorum,
Magnificentissimorum, Amplissimorum, Excel-
lentissimorum &c. &c. tituli, non dicam erube-
scunt meritō, sed prorsus evanescunt. Fides una
& sola, cruce non unâ divinitū probata, trium-
phat & æternum coronatur. Cæteris illis ambi-
tiosis & plerumq; sine re, nominibus & infide-
les & *ἄθεοι*, ubicunq; terrarum superbunt, Φθερῶ
πτφάνω miseré decepti. Tua vero fides, ô VARE-
NI Abrahæ genuine fili, & propter hoc Acade-
miæ nostræ decus eximum, fides tua, quam, BO-
NUS noster JEHOVA, qui neminem tentat in-
malum, nunc sibi explorandam sumpsit, hoc
ipso,

ipso, dum Unicum Filiolum, tibi tuæq; CHA-
RITATI unicè charum atq; dilectum, facit cli-
nicum, nec duntaxat clinicum facit, sed & mor-
bo epidemio, tormentis variis molestissimo, etiā
quibusq; fortissimis, eundem conficiendum &
extinguendum constituit. Tua, tertio inquam,
tua fides, qualem se hic præstabit, qualem se pro-
babit? vacillabitne, præ nimio mœrore, qui tuum
paternum, non jam augustum, sed angustum pe-
ctus occupat? credo equidem, per imbecillitatem
nostram tale quid accidere posse, siquidem non
sumus Abrami omnes, sed hoc scio, non deficiet
fides tua, cum sis Abrahæ filius, è numero
τῶν πρὸς ἀποστόλων ἀλλ' εἰς ἔγκαρπους μηδένων. Redeat itaq; &
prodeat in conspectum fratrum germanorum
tuorum; id est, Abrahæ filiorum, angustus tuus
animus, & cum augustissimo eodemq; Regum
afflictissimo Davide, post secessum filioli, (ad
quem tu, non ille ad Te redibit) omnes pectoris
angustias exulare procul jubeto. Sacræ quidem
scripturæ mos est, amarissimos & acerbissimos
luctus, sub personis unigenitum filium lugen-
tium describere, quale illud Jeremiæ: O filia
populi mei accinge cilicium, voluta te in cinere
luctum age **UNIGENITI**, planctum amarissi-
mum &c. tale quid apud Amos & Zacharia, lo-
corumq; alibi est legere: has vero sacras literas

ēum à puero didiceris & in promptū habeas;
possisq;, ubi volueris haurire, quod quovis
modo ad consolandum facere potest, ex utro
placuerit Fontium, nos hic non erimus prolixo-
res, potius quæ genealogiæ filioli tui desidera-
tissimi recensionem spectant, adponemus.

Natus est HEINO HENRICUS Anno 1649.
20. Julij, ipso ELIÆ incomparabilis illius Prophe-
tæ die, & 22. Juli s. 9. post festū SS Trinit: Dom. per
Baptismum in album cæli candidatorum rela-
tus, nomen utriusq; Avi accepit, sc. HEINONIS
HENRICI, Patrem habuit, AUGUSTUM
VARENIUM, SS. Theol. & Philosoph. Do-
ctorem, Hebraic. Profess. & Collegij Philos. p. t.
DECANUM, Collegam nostrum honoratissi-
mū, filiolum nunc unicū, parentis præclara pres-
surum vestigia, si Deo vitæ largitori unico ita vi-
sū fuisset lugentem. Matrem, vero CHARITATEM
CREGELIAM sexus sui prænobile decus, per-
charū filiolum charitate perpetua complectens.
Avum Paternū M. HENRICUM VARENIUM,
Ultzenſis Ecclesiæ in Ducatu Luneburgico Præ-
positum, & vicinarum Superintendentem opti-
mè meritum, Apologeticis librorum ARNDII
de vero Christianismo Clarissimum; Aviam Pater-
nam ANNAM FREDERIANAM, B. JOHAN-
NIS FREDERI SS. Theol. & Philos. D. & in hac

Aca-

Academia Prof. olim celeberrimi (ex MARGA-
RETA, filia magni illius Davidis CHYTRÆI
per quinquaginta annos in hac Academia D. &
Prof. eminentissimi & MARGARITÆ Sme-
des/ natæ amplissimi viri Dn. LAURENTII
Smedes/magnorum meritorum & ordinis Se-
natorij in hac Civitate viri) filiam. Proavum &
stemma paternum, altius adscendendo, ha-
buit in Westphalia, ubi proavus JOHANNES
VAREN civis & pistor: reliquiq; item Vareniani
nominis, si non titulorum phantasiis eminentes;
integri tamen, honesti, antiquæ virtutis & fidei
(qui optimus titulus est) feruntur. Avum ma-
ternum habuit M. HEINONEM CREGELIUM Ecclesiæ Ultzensis nunc Præpositum
& vicinarum Superintendentem vigilantissi-
mum. Aviam maternam MARGARETAM
Wilhelms/ HENRICI Wilhelms/ Reip. Ul-
tzensis quondam Senatoris prudentissimi & ne-
gotiatoris florentissimi ex CATHARINA
Alleweins/ præclarorum stemmatum virtutumq;
Matrona filiam, prædicti DN. M. HEINONIS
CREGELII, CAIAM Fidelissimam, virtu-
tibus sui sexus & status eminentissimam (ah
quam triste his parvuli nepotis, quem una cum
nepte ANNA MARGARETA so-
rore p. defuncti suavissima, cui pariter nunc

decumbenti Deus adsit ! sibi præsentem hac
æstate pollicebantur , jam mortui nuncum-
erit !) Proavum Maternum habuit JOHA-
NEM CREGEL, oppidi *Waltzrade* in Ducatu
Luneburg. quondam Consulem præclarissi-
mum : Proaviam maternam ELISABETAM
Depenbrochs / & stemmatis Depenbrockiani &
virtutum nobilitate venerabilem & conspicuam
olim Matronam. Satis , puto titulorum ad ho-
nestatem : sine qua tituli & stemmata vana sunt
habenda simulacra. Ab hisce ergo prognatus, &
ex aqua & spiritu renatus noster HEINO HEN-
RICUS , quas non , mœstissimis parenti-
bus spes , quas non delicias , felicibus , ve-
getioris & firmioris uti, videbatur , corpusculi
incrementis , amplexibus blandissimis, in ipsa-
balbutie, patris & matri nominibus , aliisq; vi-
scera parentum penetrantibus filialis affectus
monumentis , fecit , quas non recordationes re-
liquit , charissimus Parentibus , gratisimus quoq;
aliis videntibus , Pusio ? Sed rosa fuit , floruit , usq;
dum hæc paucorū mensium vita claudenda fuit ,

Morbum quod attinet pro ut illum Excel-
lentiss. & experientiss. Vir Dn. JOACHIMUS
STOCKMANNUS Medic. D. Prof! Reip.
Rost. Phys. celeberrimus , Dn. Collega no-
ster venerandus , qui vigilantissima & pruden-
tissima cura nullum boni Medici officium negle-

xii,

xit, ipse consignavit, sic se habet. Notum est
aliam etatem aliis affectibus magis esse obnoxiam,
Et pueritiam variolis maximè Et Morbillis, qui ut
plurimum Epidemii Et maligni cum sint, non solum eo-
dem tempore multos adorintur, longe lateq; suo porre-
cto contagio, sed nō paucos etiam prematuro fato, acer-
baq; morte abripiunt ex oculis Et complexu mœstissimorū
parentum. Atq; hac tanta Calamitas etiam viri Rev.
Et Excell. Dn VARENII domum prob dolor, tetigit
dulcissimum filiolum tanquam tenerrimum flosculum
infelici sydere afflatum, ante diem extinxit: Etenim
die 13. Maii Epidemia grassante febre correptus de-
cumbere capit Et paulatim emergentibus pustulis, usq;
in quartum diem, toto ebullitionis tempore sic jatis
bene habuit; ast in augmento sparsim intercurrentes
nigrae nonnullæ papulae malignum Et mali moris Mor-
bum ostenderunt, Eumq; adeò difficultem curatu, ut
continuatis Expertissimus antidotis praecaveri non po-
tuerit, quo minus prostratis viribus die 21. Ejusdem
mensis vite finem inferret Teneræ etati, qua alias
congenita sorte cum corporis imbecillitate conficitur,
prona ad omnes agritudinum catervas, Et illarum
in primis, quarum originem pleriq; medici adscribunt,
ex suspensa decimastri uterina Evacuatione, in febro
sanguini, unde tam atrocis mali primordia in ipso
utero imbibuntur. Hactenus laudatus supra Dn.
D. STOCKMANNUS, Ita ergo die 21. Maij inter
ad-

adstantium suspiria & parentum ipsiusq; Avunculi Dn. ERNESTI CREGELII, LL. Studiosi solertissimi & industrii, supplicationes, *animulam* sanctissimam placidissimo suspirio J. C. redemptori reddidit, idq; eadem fere $\pi\gamma\mu\eta\chi\sigma\tau$ s. temporis puncto, quo ante 10 menses in hoc mortalitatis theatrum infantulus prodiit, sc. post agonem in partu trihorii à tertia matutinà *ad sonitum sextæ* in hanc brumalem & paucarum horarum lucem prodiit, & post agonem trihorii cum morte pariter *ad sonitum hora sextæ* ex hac luce vel verius *cruce ad veram lucem*, Θ aeternitatis diem charissima animula exiit.

Vos Academiæ nostræ omnium ordinum Cives, qui lætantem non ita pridem novellum Doctorem Dn AUGUSTUM VARENIUM, vestrum, honorifica vestra præsentia non destituitis, agite, & eidem, cuius hodie versa est in lutum cythara, non deeste, sed comitatu frequenter, animum Parentis, filiolum primo & unigenitum acerbissimè lugentis, valdè prostratum, Vos quam paratissimos erigere voluisse ostendite, rerum vicissitudines observe, & vestræ mortalitatis memores, diu feliciterq; valete.
P.P. 27. Maij. Anno clo Icc L.

•S(0)S•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777159856/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159856/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777159856/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159856/phys_0016)

DFG

Academia Prof. olim celeberrimi C
RETA, filia magni illius Davidis
per quinquaginta annos in hac Aca
Prof. eminentissimi & MARGAR
des/ natæ amplissimi viri Dn. LA
Smedes/ magnorum meritorum &
natorij in hac Civitate viri) filiam.
stemma paternum, altius adscen
buit in Westphalia, ubi proavus JC
VAREN civis & pistor: reliquiq; ite
nominis, si non titulorum phantasiæ
integri tamen, honesti, antiquæ viri
(qui optimus titulus est) feruntur.
ternum habuit M. HEINONE
LIUM Ecclesiæ Ultzensis nunc
& vicinarum Superintendentem
mum. Aviam maternam M A R G
Wilhelms/ HENRICI Wilhelmi
tzenis quondam Senatoris pruden
gotiatoris florentissimi ex CAT
Aleweinß/ præclarorum stemmatum
Matrona filiam, prædicti DN. M.
CREGELII, CAIAM Fidelissi
tibus sui sexus & status eminenti
quam triste his parvuli nepotis, qu
nepte ANNA MARGAR
rore p. defuncti suavissima, cui

Scans made by [Balding](#) A 3

